

ita etiam non armis humanis, sed solâ DEI gratiâ propagari potest.
 15 † Nec enim gens Judaica unquam aliis gentibus ob idololatriam, Bellum intulit, nisi ex speciali DEI mandato, vel quia injuriam fecerant, Obrecht. *disp. 1. de Bello th.* 245. & seq. etiam si aliâs contra Naturæ Leges peccassent, Antimach. *lib. 3. theor. 3.*
 16 Quod & † juri civili convenit, *l. Christianis 6. C. de pagan.* Nec non juri Pontificio *in c. dispar. 23. quest. 8. c. Iudei. extr. de Iude. c. de Iudeis. c. qui sincera. distinct. 54.* ubi dicitur, infideles nec in personis, nec in rebus, quamdiu quietè vivunt, à Christianis molestari

aut offendi debere, Henr. Bocer. *de bello lib. 1. cap. 6.* Waremund. ab Erenberg *dict. cap. 1. n. 65.* Jacob. Cujac. *7. observat. 30.* Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 3.* August. *lib. 4. de civit. DEI cap. 18.* Quod Didac. Covarr. ita limitat, † diligentes fidem Christianam & prædicationem Evangelii liberam, blasphemias pravisq; persuasionibus impediunt in provinciis suis, quo casu licitum sit bellum ipsis inferre, *dict. §. 10 n. 3. vers. quartò licitum est.* † Quam tamen sententiam refutat Henr. Bocer. *dict. cap. 6. n. 19.* rationibus & textibus ex sacris adductis.

CAP. V.

De articulis Comitum & Conventus concernentibus.

SUMMARIA.

1. Comitum sunt Reipublicæ fundamentum.
2. Indictio Comitiorum Majestatem sapit. n. 3.
4. Romulus jus Comitiorum sibi reservavit.
5. Sanctum est jus Comitiorum apud Venetos.
6. Jus indicendi Comitum, ad Regalia Majestatis pertinet. n. 11.
7. Principes Germaniæ convocant conventus.
8. At jus cogendi ad Conventus non habent. n. 9. 10.
12. Soli Imperatori competit jus indicendi comitia,

13. Jus